



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.


Roll A3 [This Roll was previously named A2, and post-dates the renamed Roll A2.]

Roll A3 (recto)
A.2 [in a much later hand]

Part 1 21 Apr 1334

Dilewysch Roce

Curia tenta die Veneris proxima post Festum / Alphegi Anno Regni Regis Edwardi
tercij a conquestu Octavo



misericordia . iij. d. cc- Cristina atte Stile venit ad Curiam istam & sanavit defaltam Curia per plegium Johannis Sewal & Willelmi Hosewode

misericordia . vj. d. cc- Willelmus Wodesere ponit se in misericordia pro dampna facto in frumento domini cum . ij. Equis per plegium Willelmi Hosewode & Johannis Sewal.

misericordia . iij. d. cc- Rogerus atte Stile ponit se per plegium Willelmi Wodesere pro dampnum in frumento domini cum Uno Equo .

cc- Ad istam Curiam testatum est per Ballivum istius manerij Quod quidam Willelmus de Haveringe Junior Bercator
dum fuit in servicio domini dampna fecit cum suis ovibus in frumento domini ^s que dampna taxentur per le-
galim hominum &c Ad nonem bussellos frumenti & de quibus dictus Willelmus nondum solvit Et quia predictus Willelmus
recessit &c Ideo consideratum est quod inquiratur per inquisitionem que bona & catalla dictus Willelmus modo habet infra libertatem
domini &cetera // . . Inquisicio inde capta per sacramentum Johannis Sewal Hugonis le Brond Willelmi Hosewode Rogeri
Bythewode Hugonis Pierys Johannis le White Henricum le Meleward Ricardi Berlinges Reginaldi Spyn-
delman Rogeri le Brond Rogeri Berlings & Roberti Morkyn Qui dicunt super sacramentum suum quod dictus Willelmus ^{iam} habet
.j. acram seminatam de frumento & .j. acram & .j. virgatam seminatam de blada mixti frumenti & dranckcorn infra libertatem &cetera Ideo
pre in manu domini consideratum [est] quod dicta blada capiatur & teneatur in manus domini quousque &c

querela cc- Ingolphus le Cartere attachiatus est per plegium Ade servientis manerii de Dilewysche ad respondendum Cristine ate Stile de placito transgressionis Et
unde queritur quod predictus Ingolphus iniuste prostravit heyos & virgultas cressentes citra terram que est in custodia ipsius
Cristine racione minoris etatis filii sui Ad dampna . xij.denariorum. Et predictus Ingolphus venit & dicit
& bene cognovit fecisse ei dampna in predictis Haiis Set non ad valenciam predictorum . xij. denariorum . Et hoc
petit quod inquiratur per inquisitionem. & dicta Cristina similiter. Et super hoc dictus Ingolphus dat domino ut pos-
sit inquiri Inquisitio inde capta per totum homagium. Qui dicunt super sacramentum suum quod predictus Ingol-
phus fecit ei dampna ad valenciam predictorum . xij.d. Ideo consideratum est quod predicta Cristina recuperet dampna &c
Ideo preceptum est levare de bonis & cattalis ipsius Ingolphi predictos .xij.d . vel de Johanne Sewal manucaptore dicti Ingol-
misericordia .iij.d. phi Et predictus Ingolphus pro transgressione in misericordia Postea eadem Cristina dat domino ad levandum predictos .xij
finis .iij.d. . d pro fine

querela
misericordia .iij.d. cc-Walterus de Essexia Bercarius ponit se in misericordia pro dampnum facto cum suis ovibus in Avena domini plegium Ricardus de Henham

querela cc-Ricardus le Mareschal & Wilhelmus de Haldone conciliati sunt ^{de placito transgressionis} per licenciam Ita quod predictus Ricardus ponit se in misericordia per plegium Johannis Sewal & Wilhelmi Hosewode

cc-Ad istam Curiam venit Margareta filia quondam Wilhelmi Scotus & sursum reddit in manus domini unam
jacentis in Neumannes felde
acram & dimidiam terre arrabilis cum suis pertinenciis ad opus Ade Schirloke ^{ei} Ad quam Curiam dictus Adam petit
se admitti Et concessum est ^{ei} Tenere & Habere sibi & heredibus suis faciendo capitali domino feodi illius
servicia inde debita & consueta imperpetuum . Et predictus Adam fecit finem domino pro gracia habenda Et
Finis x.d.
x.d fecit fidelitatem est finis ^{ei} Et super hoc fecit fidelitatem domino

cc-Johanna filia cuiusdem Wilhelmi Scot venit ad curiam istam & sursum reddit in manus domini unam acram terre arrabilis
cum suis pertinenciis ad opus Ade Schirlokes & Que quidem acra terre arrabilis cum suis pertinenciis jacet in
uno loco vocato Neumannes feld. Ad quam Curiam dictus Adam petit se admitti ad dictam acram terre arrabilis
cum suis pertinenciis & concessum est ei & cetera Habendum & Tenendum dictam acram terre arrabilis cum suis pertinenciis predictis
et domino
Ade ^{ei} heredes suis faciendo capitali ^{ei} feodi illius servicia inde debita & consueta Et dictus Adam dat domino
finis . vij.d . fidelitatem . de fine pro acram habendum . vij.d . Et fecit fidelitatem domino

cc- Johanna [sic, Clemencia] filia dicti Wilhelmi Scot venit ad curiam istam & sursum reddit in manus domini unam acram terre arrabilis cum
suis pertinenciis ad opus Ade Schirlokes & Que quidem acra terre arrabilis cum suis pertinenciis jacet in uno loco
vocato Neumannes feld Ad quam Curiam dictus Adam petit se admitti ad dictam acram terre arrabilis cum
suis pertinenciis . Et concessum est ei & c Habendum & Tenendum dictam acram terre arrabilis cum suis pertinenciis predicto

finis . vij.d . fidelitatem

Ade & heredes suis &c faciendo capitali domino feodi illius servicia inde debita & de iure consueta . Et dictus Adam dat domino de fine pro acram habendum . vij.d . Et fecit fidelitatem &cetera

Efferatores < Johannis Sewale > Jurati Summa istius Curiam . iiij.s . j.d
Hugo le Brond

cc- Pone per vadimonium & salvos plegii Willelmum de Waledene ad respondendo Henricum le Meleward de placito transgressione plegii de prosequendo Willelmus Hosewode & Rogerus le Brand Ita quod sit ad proxime Curiam &c Ac etiam distringere predictum Willelmi quod sit ad proxime &cetera ad respondendum domino eo quod fecit dampnum cum .j. jumenta in prato domini

[End of Roll A3 [previously A2] (recto)]

Roll A3 [previously A2] (verso)

Part 2 22 Jun 1334


Dilewysch

Curia tenta die mercuris proxima ante Festum sancti Johannis Baptiste Anno regni Regis Edwardi
tercij a conquestu Octavo

Essonia

cc- Robertus morkyn de secta Comuni per Rogerum le Brand
cc- Rogerus le Frenche de eodem per Reginaldum Spindelman

Affermati



[Torn away]

cc- Henricus le meleward querentis opponit se versus Willelmum de Waledone in placito transgressionis Et unde queritur quod predictus Willelmus cum sua Jumenta bladas ipsius Henricis destruxit ad dampnum .xij.d . que dampnum dictus Willelmus non modo non dedixit set cognovit. & super hoc ponit se in misericordia . Inde plegius Rogerus de Berlings preceptum est levare de bonis & catallis ipsius Willelmi predictos .xij.d in quibus convictus est versus eundem Henricum Et predictus Henricus dat domino pro execucione facta .iij.d .

finis .iij.d.

misericordia .iij.d. cc- Idem Willelmus ponit se in misericordia pro dampno facto in prato domini cum Jumenta perplegium Rogeri atte Stile

misericordia .iij.d. cc- Rogerus atte Stile ponit se in misericordia pro dampno facto in bladis domini perplegium Hugonis le Brand

misericordia .iij.d. cc- Willelmus Wodesere ponit se in misericordia pro dampno facto cum xij ovibus in Avena domini Inde plegius Willelmus de Haldone

misericordia .iij.d. cc- Henricus le meleward ponit se in misericordia pro dampno facto in Bosco domini Inde plegius Rogerus de Berlings

misericordia .iij.d. cc- Rogerus le Brand ponit se pro eodem perplegium Johannis Sewal .

misericordia .iij.d. cc- Philippus de Hadrescompe ponit in misericordia pro dampnum facto cum .ij. Bovietis in Avena domini perplegium Johannis Sewal

cc- Cristina atte Stile querentis opponit se versus Ingolphum le Cartere in placito transgressionis Et Unde queritur quod predictus Ingolphus iniuste prostravit spynas suas cressentes citra terre ipsius Cristine que habet in Custodie & incordeir- racione minore etatis pueris suis & dicit quod dictas spinas asportavit contra defensionis Ballivo domini . Et predictus Ingolphus dicta prostratione non dedixit & Set tunc asportavit & cetera Ideo dictus Ingolphus remanet in misericordia Inde plegius Rogerus de Berlinges . . . Postea venit jdem Ingolphus

misericordia .iij.d.

& dicit quod mediet- illius Haii citra terre ipsius Ingolphi est pertinens ad terre ipsius & cetera quia dicit quod ipse iam elaps- dictum terre simul cum med- illius Haij emebat de Mauricio atte Stile & ea racione dicit quod med- illius Haij pertinens est ad dictam terre & cetera Et hoc petit quod inquiretur & dat domino ut possideat inquirendum . iij. d . Et predicta Cristina venit & dicit quod dictum Hayum Spyna est neque mediet- illius Haii non est pertinens ad dictam terre ipsius Ingolphi qua emebat a predicto Mauricio & hoc petit quod inquiretur per totum Homagium . Et dat domino ut possideat inquirendum . iij. d . Inquisitio inde capta per totum Homagium Qui dicunt super sacramentum suum quod dictus Ingolphus adquisivit dictum terre de dicto Mauricio set non dictum Hayum spinarum eius aliquid Inde Sic-- dictus Ingolphus dicit & c Ideo consideratus est quod dictus Ingolphus nihil habet inde .

finis .iij.d.

finis .iij.d.

misericordia .ij.d.

cc-Rogerus de Berlinge & Ingolphus le Cartere conciliati sunt per licenciam de placito transgressionis Ita quod predictus Ingolphus ponit se in misericordia Inde plegius Rogerus de Berlinge .

cc- Et Ingolpho le Cartere pro licenciam conciliare cum Rogero de Berlinge Johanne Sewal Reginaldo Spyn delman Ricardo Berlinges Hugono le Brand & Henrico le meleward de placito transgressionis Ita quod predicti

misericordia . vj .d .

ponit se in misericordia . Inde plegius Roggeris Berlinges .

querela

cc-Ingolphus le Cartere querentis opponit se versus Cristina atte Stile in placito transgressionis Et Unde queritur quod predicta Cristina cum sua vacca destrucsit bladis sua ad dampnum . xij .d . Et predicta Cristina venit & dicit quod cum sua vacca nullum dampnum eius fecit sicut dictus Ingolphus ei impone & petit ad inquiretur . Et dictus Ingolphus similiter . Inquisitio inde capta per sacramentum Hugonis le Brand . Johannis Sewal . Ricardi Berlinges Rogeri le Brand Willelmi Hosewode & Rogeri Berlinges Qui dicunt super sacramentum suum quod dicta Cristina cum sua vacca fecit ei dampnum

misericordia . ij . d . ad valenciā obolus . Ideo predicta Cristina remanet in misericordia . Jnde plegius Ricardus Berlinges .


misericordia . xl . d . cc- Radulphus Raulyn ponit se in misericordia pro transgressionis facta in Bosco domini perplegius [blank]

cc- Willelmus Bruninges venit ad Curiam istam & sursum reddit in manus domini . unam acram terre
arrabilis terciam partem unius curtilagij cum pertinentiis in Dylewysch ad opus Henricio

Bruninges . Habendum & Tenendum Sibi & heredis suis secundum consuetudinem manerij per servicia

Finis . xij . d .
Feodum

indebita & cetera . Et predictus Henricus fecit finem domino pro in gressu & c Et fecit fidelitatem & c Et est finis



retinere

cc- Ad huc sicut alias preceptum est ballivo retinere in manum domini .j. acram de frumento .j. acram & .j. virgata mixti
frumenti & drancke pro dampno facto in Frumento domini ad valenciā ix bussellorum per Willelmum de Ha-
veringe Juniorem Bercarium cum suis ovibus sicut testatum est ut patet in Curia precedente

[End of Roll A3 [previously A2], apart from holes at the bottom for connecting string.]

